

Monseigneur,

209

N^o 33.

Ex perscriptis ad me Illustrissimae Vestrae Excellentiae die 5. praesentis mensis benevolis responsoriis literis, ratione itineris sur Landici perspexi mentem suam mihi haud exposuisse sed arbitrio Meo proprio reliquisse, quod eo magis resolutionem meam pro nunc impedit, quando et huiusmodi ad huc subsistere coactus omnibus deficientibus necessariis expensarum mediis, sine quibus iter tam longinquum facere nequeo, licet jam resolveram, si promissa a Generale Wackerbart quinque millia imperialium de quibus jam quingenta centum perdere et detrabere permisi, exsoluta fuissent, illud divina prosequi assistentia. Ratione praefati itineris mei, quoniam Secretarius meus Poble, etsi haud mandato meo, Generali Wackerbart dicere fecit, absque paratis pecuniis illud institui non posse, atque diversis vicibus, et etiam bis a Hollandico Ablegato interrogatus qui interrogationis suae rationem dedit, quia et ipse ad discessum in illa loca quamprimum S. Caesarea Majestas Ligam adveniret, acciperet commissio- nem, eidem respondi, quod sic esset; videtur mihi ac praesumendum est, si non S. Regia Majestas Dominus Noster clementissimus, propter hocce iter aliam fortassis constituerit resolutionem post obtentum Regium Rescriptum quod jam in Cancellaria Illustrae Grae Excellentiae erat

sigillatam ac litera quoq ad S. Caesarem Mtem, Princeps Episcopus
 Carmiensis cancellarius post hac statim sigillare fecit, atq;
 propterea clementissimam S. S. Mti in hoc voluntatem libent
 rescirem, si enim forsitan ex retardata solutione iter impedire
 tur nec mens esset S. S. Mti, eidem me quoq, uti in omnibus et ult
 mis literis meis ad S. S. Mtem, Illustrem Vram Excellentiam atq; Dom
 num Comitem Sflugk feci, sum conformaturus, illudq; iter ad ulte
 riora Regia mandata differam, ac ipse pecunias assignatas, mo
 dis ordinatis in praefixis terminis interea recipere vellem; ac
 enim ex extra voluntatem Regiam atq; defectum pecuniarum p
 cipuo rerum gerendarum nervo, nihil quicquam ab illo detinet it
 nere, nec etiam ulla difficultates qua ab Aula etiamsi fuiss
 facta Caesarea et si violentias committere intenderent, me ab eo praepe
 rent, ut pote quas Rex et Dominus Noster Clementissimus cum
 publica gratia sua semper rectificare scient, interim tamen
 scriptum Regium Supremis Ducalibus Curlandicis Consiliariis
 ut incolis Universis manifestum fieret transmissi, etiam ad
 aliquem Aulae Caesareae, sicut et Generalem Rone qui totum
 promovet negotium, scripsi me brevi futurum in Curlandia

In negotio meo pecuniano hic ore tenus jam exposui Illustri Vra
 Excellencia, qua ratione appareret, ea quae acta sunt, pro forma tan
 tum facta et non serio constitutos esse solutioni praefixos termi
 nos, quod etiamnum ita videtur, quandoquidem Dns Comes Walker,
 bart, paratas pecunias hujus Portorii mihi hypothecatas, quae vigore
 Regiae asecurationis Contractusq; ad me spectabant ac redire, sta
 tim et antequam alio modo mecum transactum est de satisfactione,
 ad se recepere, ac de primo termino, licet sapissime id per me solli
 citatum fuerit, pecuniarum Civitatis Gedanensis, nihil quicquam
 mihi exsolvere, sed tantum de secundo termino Festi Purificatio
 nis S. Virginis Mariae, exiguam partem quam etiam quomodo solu
 ta erit, tempore adveniente videbimus, ac tandem tertium Festi S.
 Joannis totum, assignare voluerunt sicuti saepius ea propter Illustre
 Vra Excellencia commemoravi, ac coram eis qui partes sumere praeten
 debant, conquestus sum, plus enim facere non potui quam ad fu
 cilitandum negotium, ea tali modo ac si voluntas Regia sicuti dice
 bant esse, ex Decreto Regio acceptare; at tamen et hoc noluerunt,
 verum per praetensam innecessariam recognitionem, tandem sine
 fine abruptum, est relictum, ac terminus quoq; Nundinarum

Lipsiensium novi anni, licet pro recipienda pecunia, chartam
 blancam meam ad inscribendam quietationem, miserim, praeter
 lapsus est, sicut jam perscripsi etiam in prioribus ad quas me refero.
 In quantum itaq; aliter esse non deberet, quam ut recognitionem
 eorum conscriptam, tali modo, et ac si id ipsum rogassem atq; ac-
 cordassem s. quod tamen nunquam factum s. subscriberem, id quoq;
 in superfluum, quo appareret annon lucusq; tergiversationes solum
 modo fuerint, et omnes praetextus illis adimerentur, faciam si S. S.
 M^{tas} voluntatem suam, cui me semper sum conformaturus, eap-
 ter declaraverit, Nam per Generalem Wackerbart defalcare mihi
 aliquid, non permittam in pretensione tam iustissima, nec ipse
 modo dicere potest, ea taliter a me accordata esse. Logo itaq;
 Illam vram Excellentiam enixissime, negotium hocce cum Illus-
 simo Domino Comite Esflugk Supremo Stulae Marescallo cui etiam
 omnia scripsi, S. S. Majestati quam instantissime exponere et re-
 monstrare velit, quatenus solutio pecuniae amplius haud tergi-
 versaretur, sed Creditus meus tandem restitderetur, Si enim cogita-
 potuissem, quod solutio mea, non subsequeretur, taliter mecum ag-
 retur, et vacuum me relinquerent voluissent, hic certe non venis-

202

pestis sum tempore per loca infecta ac nunc iterum parum incommodatq;
semper verum melius fuisset, praetensionem meam a Regia gratia,
ex illo loco in Provinciis Consanguineorum meorum sollicitas,
se ac satisfactionem expectasse, ubi minoribus expensis etiamsi
sparsissimè quovis vixerim, subsistere potui, habitò tamen faci-
lius adhuc aliquo adjumento, quam nunc cum omnis creditus con-
cidit, et etiam anteriora mutuo accepta Consanguineis et aliis red-
denda promissa, restituere non valeo, et illi haud benè me reci-
perent jam veniendo vacuis manibus et non praestando contracto-
rum debitorum restitutionem. Certus sum Illmam Vestram
Excellentiam partem sumptuum disgratiæ meæ in hac aula,
nec dubito, si dona tantum sollicitarem a S. R. Mæ, ea minus mi-
hi denegata fore, quam nunc consequi satisfactionem meam,
quando devenit in manus Ministrorum Saxonorum, qui omnia
pro se ipsis retinere, ac in restituendo aliis quod eorum est pro-
prium, ludibrios tantum tractare, Regisq; optimam intentionem
in gloriam et honorem Majestatis vergentem, parum tali modo
observare nec exequi videntur. Coeterum expecto pro finali,
vra Illma Vestra Excellentia benignissimè perscribere mihi digna,

bitur in his et supramemoratis, cuius prevalentibus remonstratibus promotionis negotia mea, et constantissimo amicitia summe estimabilis affectui, me quam optime commendo, ac ad quavis reciproca praestanda officia, omni venerationis cultu indecenter maneo,

Monseigneur,

de Vostre Excellence

le tres humble et
oblige serviteur

Ferdinand

Gedani die 21. Januarij.
año 1717.

P. S. Si Illustissima Vestra Excellentia vidit, quod nullo modo in petito meo possim invenire gratiam Domini, remitto in superfluum ne ullum pretextum amplius habeant, sub-signatum illud quod Illrma Vra Excellentia mihi transmisit, et sic videbimus intentionem et quomodo iste Dominus Comes Wackerbart ducit Regem, siq' adhuc in hoc erit veritas, quod tempus docebit. Illrma Vestra Excellentia in hoc mihi iterum praebet magnam gratiam si premet hocce negotium meum etiam in absentia Domini Comitis Pflugh, et istud ultimo fradet, ex tunc videbimus in fine, cujus toni. F. Ferdinandus